

Dyrre briff ist gegeben noch gotis geburte dreyczenhundirt iar in deme sechs vnd achtezcicstin jare an senthe Lorenzen tage des heylgen merteres.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Reitersiegel des Markgrafen an Fäden von grüner und rother Seide.

No. 699. 1386. 9. Dec.

B. Nicolaus eignet dem Capitel die von Friedr. von Maltitz erkaufften Güter und Renten in Jahna. Vgl. No. 700.

In nom. dom. amen. Cum omnia et singula etc. Nos igitur Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia ecclesiae Misnensis episcopus notum facimus — quod quia honorabiles viri domini . . praepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis — a strennuo Friderico de Malticz in Bursenicz^{a)} residenti et suis confratribus et heredibus de bona deliberatione et maturo consilio amicorum suorum bona infra scripta in villa et pago villae, quae apud sanctum Gothardum^{b)} vulgariter dicitur, in districtu nostri Misnensis episcopatus sita, videlicet quatuordecim mansos cum una taberna et duobus hortis, solventes in censu, precaria et oblegiis annis singulis undecim sexagenas et quadraginta octo grossos cum octo pullis et duabus sexagenis ovorum, prout haec inferius clarius describentur, cum areis aedificatis et non aedificatis, agris cultis et incultis, pratis pascuis virgultis aquis aquarum decursibus viis et inviis et omnibus aliis suis pertinentiis, quibuscumque vocentur nominibus, cum iudicio etiam hereditario et cum omni iure utilitate honore fructu emunitate et libertate, quibus idem Fridericus et pater eius Nicolaus de Malticz recolendae memoriae, dum viveret, eadem bona omnia et singula a nobis et ecclesia nostra hucusque in feudum tenuerant — comparaverunt pro ducentis sexagenis latorum grossorum Fribergensium dicto Friderico iam integre persolutis, et — dictus Fridericus pro se et dictis suis confratribus et heredibus, nec non etiam strennuus Johannes de Malticz in Kezeberg residens, qui de praefatis bonis etiam alias infeudatus dicebatur, coram nobis personaliter constituti praedicta bona omnia et singula — ad manus nostras ex certa scientia libere resignaverunt, nihil sibi iuris aut consuetudinis — aequaliter reservantes, renunciantes etiam expresse omni iuri et actioni, cuiuscunque canonis et legis auxilio et beneficio, quibus contra emptionem venditionem resignationem et renunciationem praedictas seu praemissorum aliquod possent in toto vel in parte venire vel aequaliter se iuvare et specialiter iuri dicenti, generalem renunciationem non valere et cetera. Quare nobis praefati domini . . praepositus . . decanus totumque capitulum ecclesiae praedictae humiliter supplicarunt, quatenus ipsis praefata bona omnia et singula cum hominibus et pertinentiis suis universis — per ipsos etiam in pios usus convertenda, et in manus nostras libere resignata conferre — dignaremur. Nos igitur piis eorum precibus favorabiliter inclinati praenominata bona omnia et singula — honorabili viro domino Ramfoldo de Polenczk canonico ecclesiae nostrae praedictae vice et nomine . . praepositi, . . decani et capituli praedictorum ac ipsis . . praeposito, . . decano et capitulo in persona sua de eiusdem

a) Porschnitz, Par. Krüglis. b) Jahna, Eph. Oechatz.